



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 29. Calvinistarum exercitus Aurelia discedens Parisios obsessurus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. bus Joannes Quidetus, & Joannes Bi-

A.C. 1562.

gotus suspendio necati sunt; Verum Condæus Princeps, ut horum mortem ulcisceretur, pariter Joannem Bapti-
stam Sapimum in Clericorum Curia Pa-
risiensem Senatorem, necnon Joannem
Trojum Gastinæ Abbatem ex Ordine
S. Augustini Monachum, qui tanquam
Franciæ Regis Legati in Hispaniam
provecti a Calvinistis capti fuerant, ad
mortem damnabat, Odetus vero Silva,
qui pariter Regis Orator in Hispaniam
contendebat, ac ceteros duos comita-
batur, tum captus abstrahebatur, cui
tamen Condæus non tam ob legatio-
nis religionem, quam ob sectam Clau-
dii fratri sui, qui itidem Calvinista
Condæo familiaris eidem inserviebat,
vitæ gratiam concessit. Postea Pari-
siensis Senatus Joanni Sapino sepulta-
ra, & honorificis exequiis parentabat,
quibus omnes Senatores in Fratrum
Eremitarum S. Augustini Ecclesia inte-
rerant, ubi etiam sepucralis affige-
batur inscriptio, quæ caussam, propter
quam mortem subiit, dignis elogis
commendabat.

§. XXIX.

*Calvinistæ castris Aurelia motis Pari-
fios obsidere parati.*

Post.

*'La Popelin.
l. 8.*



Postquam igitur Bituricensis, ac Ro-
thomagensis urbes fuerant captæ, Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
simulque Duracii copiæ per Montlucum
caefæ, Protestantium res adeo inclina-
re cæperant, ut Condæus Princeps sup-
petias petiturus in Germaniam ipfus
contendere coactus fuisset, nisi die sex-
ta Nōvembris Andelotus opportune
cum suis equitibus adventasset, quo au-
xilio fretus Princeps die octavo ejus-
dem Mensis suas copias in aciem e-
ducere statuit: itaque Protestantium
exercitus Aurelia discessit, Lutetiam
Parisiorum obfessurus, cum interea Re-
gis copiæ adhuc in Normannia subsiste-
rent: pertransibant autem Calvinistæ
exiguam urbem nomine Pluveriam, ut
vero novi hi Reformatores ibidem quo-
que ementiti sui zeli specimina ede-
rent, omnes Sacerdotes laqueo suspen-
derunt: inde Stampas profecti, portis
ultra apertis urbem ingressi sunt: Ve-
rum prospero rerum suarum successu a-
deo excæcati fuere, ut tunc, cum Pa-
risios recto itinere contendere debuis-
sent, atque hanc Metropolim inopina-
vi facile occupassent, ipsi econtrario Cor-
bolium versus procederent, captaque
hac urbe exinde Parisinam undique cin-
gere decernerent: cum autem Corbo-
lium valido milite præfidiario a Sant-
andreano Marescallo munitum intelli-
gerent,

T t 5



Sæcul. XVI
A.C. 1562.

Varillas hist.
Carol. IX.
tom. I. l. 4.
p. 346.
Mem. de
Casteln. l. 4.
• 3.

gerent, dum Parisios verius ~~in~~ aggrediebantur, ubi Princeps Jovis ~~in~~ stra metabatur, quem Regina Administratrix oblatis concordiae pacis ibidem tamdiu distinebat, donec Catholicorum exercitus, quem Montmorentius Connestabilis Rothomago redux conducebat, extra Sanctorum Victoris, Marcelliani, Jacobi, & Sancti Germani suburbia propugnacula erigeret, urbem defensurus.

§. XXX.

Inter utrumque exercitum de pace actum.

Mem. l. c.
Tuan. l. 33.
n. 11.

Die vigesima octava Novembris Calviniſtæ suas copias Parisinæ urbem moverant, suaque castra prope Sanmarcellianum suburbium, & Montem rubruin locabant: cum vero tum ageretur de proponendis concordiae pacis, eapropter interea armorum inducere cernebantur: mutui autem colloqui locus feligebatur ad quamdam molatinum extra Sanmarcellianum suburbium, ubi Regina unacum Principe Rupiacionio, Connestabili, Montmorentio Marascallo, pluribusque Regni Ministris, ac Albaspinæo secretioris Consilii Secretario convenerat, illincque venerat Calvinistarum nomine Condæus Princeps, qui secum ducebat supremum ma-

